



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Decretvm XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

pauperes ac miserabiles personas minime negligant, sed ex fraterna charitate, officii & obligationis suæ memores, iis Sacraenta omnia gratis, nullum inde lucrum exspectantes, administrant: informent etiam de gratia Spiritus, quam percipimus in Sacramento Confirmationis; quod Nos ipsi jam primò, feria tertiā Paschæ, divinâ cooperante gratiâ, conferre intendimus; &, singulis quatuor majoribus festivitatibus, Paschæ nimirum, Pentecostes, in festo Assumptionis B. V. M. & sancti Joannis Euangelista, singulis annis in dictâ Ecclesia Nostra Cathedrali, alias verò per annum diversis in locis Dicecensis nostræ, conferri faciemus: instruant etiam quâm maximè de Patrinis, modoque Sacramentum illud dignè suscipiendi. quod idem etiam facient de Sacramento Extremæ unctionis.

DECRETUM XIX.

QVAM MAXIME VERÒ VIDEANT, UT IMPEDIMENTA, MATRIMONIUM CONTRAHENDUM IMPEDIENTIA, AUT JAM CONTRACTUM DIRIMENTIA, OPTIME NORINT, DISTINGUENDO BENE GRADUS AFFINITATIS & CONSANGUITATIS; &, SI QUÆ REPERERINT, AD NOS RECURSUM HABEANT, UT, FACULTATE, NOBIS SOLIS CONCESSA, IN IIS AUT DISPENSARE, AUT CONSILIO REMEDIUM AFTERRE POSSIMUS. ALITER CONJUNCTOS, IPSOSQUE PAROCHOS QUI ITA ILLICITE CONJUNGUNT, DEBITE PUNIEMUS, & OMNIA ACTA NULLA DECLARABIMUS.

DECRETUM XX.

DE SACRIFICIO MISSÆ DOLENTER REFERIMUS, INVENIRI, QUI NON DEBITE, PURE, CASTE, NEC PIE AC REVERENTER, & AD POPULI DEVOTIONEM MOVENDAM, OFFERANT. QUARE OMNES & SINGULOS MONEMUS, UT, HÆC CORRIGENTES, SECUNDUM FACROS CANONES NOSTRAEQUE CONSTITUTIONES SYNODALES TREMENDUM ILLUD SACRIFICIUM PERAGANT, NEC ALIIS CEREMONIIS AUT MODO, QUAM MISSALIS ROMANI, UTANTUR; UT ITA MAJOR ECCLESIAE AUTORITAS ATQUE UNIFORMITAS CONSTET, & POPULI PIETAS PROMOVEATUR. QUÆ, DE CONFESSione SEPIUS IN ANNO FACIENDA, ANTEHAC CONSTITUIMUS, OMNINO DENUDO SERVARI MANDAMUS.

DECRETUM XXI.

CIRCA SACRAMENTUM PÆNITENTIAE, SIMILITER CANONES ANTIQUI & NOVI SERVENTUR; PRÆSERTIM UT NULLUS, QUICUNQUE FIT, LIMITES POTESTATIS FIBI CONCESSÆ, VEL JURISDICTIONIS COMMISSE, EXCEDAT, & VEL SACRILEGIA COMMITTAT VEL PROMOVEAT, & ALIOS PER HOC EDUCAT, DUM SE ABSOLUTOS CREDUNT. PRÆSERTIM PUBLICOS, NOTORIOS & SCANDALOSOS, TUM CONCUBINARIOS, TUM EXCOMMUNICATOS, TUM ALIOS, NON NIJI PRÆ-

VIIS REQUISITIS, AUT ADMITTANT, AUT AD DEBITUM ECCLESIASTICUM TRIBUNAL, UBI ABSOLVI POSSUNT, REMITTANT.

DECRETUM XXII.

MAXIMO ANIMI MCERORE INTELLIGIMUS, PECCATA BLASPHEMIAE IN DEUM & SANCTOS, IMPRECATIONES ITEM PEZZIMAS, HOC MILITIA TEMPORE IN DICECESIN NOTRAM IRREPISSE. QUARE PASTORES POPULUM SIBI COMMISIUM CONTINUE DEHORTABUNTUR, PUBLICE & PRIVATIM INCREPANDO, NE DEUS, UT ADHUC NUPER EXPERIENTIA HIC DOCUIT, & BLASPHEMIAS IPSE CASTIGET, & IMPRECATIONIBUS EFFECTUM CONVENDO PERMITTAT IN POENAM. DABIMUS ETIAM PRO- PEDIUM EDICUM, PER TOTAM NOTRAM DICECESIN PROMULGANDUM, POENALQUE CONSTITUEMUS DEBITAS, TUM CANONICAS, TUM ETIAM SECUNDUM CONSTITUTIONES IMPERII ROMANI PER SECULARE MAGISTRATUM INFLIGENDAS.

DECRETUM XXIII.

SIMILITER PECCATA FORNICATIONIS, IMO ADULTERII, INCELTUS, CONCUBINATUS, ADEO INVALESCUNT IN POPULO, UT NON MIRUM FIT, POENAS HACTENUS A DEO MERITO NOBIS IMMISAS; IMO TIMENDUM, NE & SEVERIORES DEUS PERMITTAT. Vnde, AD PLACANDAM IRAM DIVINAM, OMNEM DILIGENTIAM ADHIBEANT PASTORES, UT NON SOLUM DEHORTENTUR POPULUM A TALIBUS, SED IPSI ETIAM CASTE VIVENDO EXEMPLUM PRÆBEANT, DE SIMILIBUS INQUIRANT, & NOBIS PRO ECCLESIASTICO REMEDIO AD POENAM, QUÆ CANONICA VEL JUSTITIAE, REFERANT.

DECRETUM XXIV.

IDEM EST DE USURIS, QUÆ, HOC RERUM STATU, MAGNAS EGERUNT RADICES, NON SOLUM IN POPULO, SED ETIAM IN CLERICIS QUIBUSDAM. QUARE, GRAVE & DETESTABILE CRIMEN ERADICARI VOLENTES, MANDAMUS PASTORIBUS, UT DILIGENTER SE EX DOCTORIBUS INFORMENT, QUID & QUANTUM LICEAT IN HUJUSMODI CONTRACTIBUS, & QUID PROHIBITUM FIT.

DECRETUM XXV.

SIMONIAE SPECIES SIMILITER PLURES SUNT, & MULTIPLICITER GRASSANTUR, SPECIOSIS TITULIS AC NOMINIBUS PALLIATÆ, PRÆSERTIM GRATITUDINIS EXCESSIVÆ, PARIS CHIOTHÉCARUM, (QUÆ ETIAM MILLE & DUO MILLIA IMPERIALIUM SUBINDE AQUANT,) & SIMILIBUS, QUÆ TAMEN, UTI & CONFIDENTIALIS QUÆDAM, CONTRA JURA SUNT, GRAVITERQUE IN SIMONE, ANANIA & SAPHIRA PUNITA, ITA UT IRAM DEI & DAMNATIONEM ÆTERNAM OPERENTUR, MERITOQUE ETIAM IN HOC MUNDO IN DELINQUENTES SERIÒ ANIMADVERTAMUS.

DE-